Non igitur contristari debemus si in temptationes in
cidimus · sed si temptationibus superati fuerimus ·
Scientes quod probatio fidei uestrae patientiam ope
ratur · Ideo inquit aduersis temptamini · ut uir
tutem patientiae discatis & per hanc ostendere
possitis ac probare quod firmam fidem futurae re
tributionis in corde geratis · Patientia
enim probationem operatur · Quia cum patientia
uinci non potest · ille perfecte esse probatur · quod hic eque
subsequenti docet dicens · Patientia autem opus
perfectum habet · Si quis autem uestrum indiget sapien
tia · usque & dabitur ei · Omnis quidem sapientia salu
taris a domino postulanda est · et sic quia ut sapiens ait ·
Omnis sapientia a domino deo est · & cum illo fuit semper ·
Sed hic specialiter de illa sapientia dicit uidetur ·
qua nos in temptationibus uti necesse est · Si quis

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 262, p. 7 – Beda in epistolas canonicas
(http://www.e-codices.ch/fr/csg/0262/7)